

AÑO 52

LUNES 2 DE ENERO DE 1905

NÚM. 1.^o

Ira. María de Lea



BOLETÍN ECLESIÁSTICO DEL OBISPADO DE SALAMANCA

DE CONSTABILIENDA CONDITIONE HIERARCHICA

FRATRUM MINORUM ET SCHOLARUM PIARUM IN HISPANIA

PIVS PP. X

MOTU PROPRIO

Singularitas regiminis, ex qua, veluti ex salubri quodam nexu, vim ac regularis observantiae tutelam Religiosi Ordines mutuantur, superiore saeculo, ob peculiaria adiuncta, gravissima illa quidem praeterque ordinem, sic in Hispania ab Apostolica Sede temperari debuit, ut moderatores instituerentur, qui vario nomine, Religiosos omnes, in Regum Catholicorum ditione degentes, suprema auctoritate regerent; ita tamen ut, etiamsi hi totius Religiosae Familiae antistites appellarentur, nulla potirentur potestate in exterarum Provinciarum alumnos.

At vero huiusmodi Regularis Hierarchiae conditio, annorum decursu, multis magnisque, tum intra tum extra Hispaniae fines, difficultatibus patuit; ut ideo innumeri censerentur Religiosi viri, ex omni Ordine omnique gra-